

fuerat: *Quacunque die comederitis ex ligno hoc morte moriemini Gen. 2, 17.*

26. *Vtrumvis elegerint Sacramentarij, manifestâ absurditate, inò blasphemiam laborare deprehendentur.*

27. *Neque enim comminatio isthac, fulgur quod aiunt è pelvi fuit, inane terriculamentum: sed verè eterna morte pereundum fuisset protoplastis, nisi divina ipsis succurisset misericordia.*

28. *Siquidem uti B. Fulgentius scriptum reliquit. prima mors animæ, quam sibi homo intulit, secundæ mortis est causa: & secunda mors, quam Deus homini redidit, primæ mortis est pœna. Lib. 1. ad Monimum cap. 27.*

29. *Vnde & D. Irenæus Adamum, primum possessionis Diaboli vas factum, & sub ipsius potestate detentum fuisse captivum expressè scribit, donec Dei superveniente misericordia condemnationis vinculis solutus fuerit, Lib. 3. contra Valent. c. 33:*

30. *Sed & alia huim generis exempla nobis sacrae literæ suppeditant: ut Aaronis, cui ita successuerat Deus ut voluerit eum excindere: Apostoli Thomæ, articulum fidei de resurrectione Christi negantis: Hymenci & Miletii, qui fidei fecerūt naufragiū: Corinthiaci istius incestuosi.  
quem*